



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quid & quotuplex sit Censura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ticulum immineat animarum, quod si tamen Episcopus suo subdito concessit, ut sibi idoneum confessarium eligere possit, nullam tamen hic electus in casu Episcopo specialiter reservatos jurisdictionem habet, prout statuitur in cap. si Episcopus. 2. b. 2. in 6.

## SECTIO II.

### *De remissionibus sive indulgentiis.*

**H**Aec hujus lectionis materiam vel breviter explicatam apud Auth. Method. vide, vel fusi traditam apud Theologos morales.

## TITVLVS XXXIX.

### DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

#### SECTIO I.

##### *De prima censura Ecclesiastica, nempe excommunicatione.*

###### §. I.

*Quid & quotplex sit Censura.*

**C**ensura in genere dici potest, pena quedam spiritualis ac medicinalis, privans usu aliquorum honorum spirituum, per Ecclesiasticam potestatem inflata, delinquenti, donec a contumacia effeat. Etiam autem penes Ecclesiam potest non infligendi censuras, ex Evang. *Marth. c. 16.* probatur, & ex ratione, qua qualibet res publica jus habet, ad eum modo coercendos contumaces, & rebelleres &c.

Propriè autem loquendo tres tantum sunt censure, Excommunicatio, suspen-

sio, & interdictum, prout colligitur ex cap. quarens de V. S. & hinc irregularitas non est censura (qui enim violat censuram, sic irregularis, non tamen novam incurrit irregularitatem, qui irregularis cum sit, Sacra menta tamen suscipit, vel administrat) sed nec censatio à divinis, cum non privet usum diuinorum, sed omitti tantum ea velit, nec degradatio aut depositio &c. quae sunt penæ incorrigibilium.

###### §. II.

*Quid, & quotplex sit excommunicatione, & quā formā fieri debeat?*

**E**xcommunicatio in genere est censura Ecclesiastica, per quam Christianus à communione Ecclesie, seu reliquorum fidelium separatur; est autem triplex fidelium communicatio pure interna, pure externa, & mixta. Prima

M m m m 3 con-